Assisteranno ancora alle loro Anime con carità paterna nel darli indirizzi spirituali.

Procureranno di promoverli nella frequenza de' Santi Sacramenti, ed osservanze de' loro statuti, ed altre divozioni praticate da' primi

tivi Fratelli dell' Oratorio, e figli del P. S. Filippo per soddisfare anch'elli all'obbligo, che hanno da dare buon esempio al Mondo. Perciò gioverebbe molto, che si raccogliessero le principali osservanze del Cristiano appropriate al loro stato, e si facessero stampare, acciò meglio si potessero apprendere, ed osservare, e comunicare anco alle Confraternite aggregate, e per fargliele meglio apprendere servirebbe molto bene, che un Sacerdote gli facesse conferenza spirituale sopra l'osservanza delle medesime, e pratica degl'atti Cristiani in tempo, che si fa il più approposito, e che se gli offerisca di dargli gl'esercizio spirituali per alcuni giorni, mailime, quando occorreranno più feste insieme.

Doveranno anco aver particular cura delli Ministri, e Serventi dell'Ospedale, e de' Poveri di Santa Maria in Cappella, e per il buon incamminamento di tutta la famiglia nella vita devota, e puntual servizio dell'Ospedale, si deputi loro un Sacerdote, che gli instruisca, e faccia ogni settimana la Congregazione, conforme si fa alli Sacerdoti, e faccia che si confessino, e comunichino le feste deputate, e secondo il consiglio del loro Confessore, e specialmente ogni prima Domenica del mese con li Fratelli, e che ogni mattina ascoltino la S. Messa, e facciano la sua orazione, ed ogni sera l'esame di coscienza, e se riuscirà possibile unitamente insieme, e vivano in santa pace, e concordia tra di loro, e siano fedeli, esemplari, ed accurati nel servizio dell'Ospedale, e verso de' Pellegrini, e Convalescenti, riverenti verso i Sacerdoti, e gl'obbedischino, in quelle cose, che dispongano le presenti Costituzioni, e che sono ordinate nell'Instruzioni, e Tabelle perpetue, o da approvarsi da' Signori Superiori spettanti alla cura spirituale delle loro Anime, e de' Pellegrini, e Convalescenti, e tra loro si potrà eleggere uno de' più morigerati, ed abili, ch'abbia cura d'avviare a' suoi tempi, e d'eseguire quanto gli sarà ordinato dal Sacerdote.

Si doveranno ordinare gl'esercizio, che ciascuno dovrà fare, e sopra ogni esercizio formare una distinta, e chiara instruzione, come s'ha da praticare, acciò si renda più facile, e fruttuoso, e si doveranno anco prescrivere in Tavolete gl'ordini delle giornate che possono servire per tutto l'anno, acciò ogni cosa si faccia con uniformità, ed a' suoi debiti tempi, e conforme la mente de' Signori Superiori, da' quali si dovrà prima ogni cosa approvare.

Potranno anco comunicarsi queste Costituzioni, o altri statuti dell'Archiconfraternità alle Confraternite aggregate, ed insieme, all'altre, che le desiderano, acciò possano metterle in pratica, ed osservarle in quelle parti, che sarà loro possibile, e dove non conviveranno e non si potranno mantenere Sacerdoti a sufficienza per l'assistenza a' Pellegrini, e per il dovuto servizio alle Chiese, ed Oratorj, potranno supplicare li Sacerdoti medemi delle Congregazioni, ed altri Fratelli, distribuendo tra di loro li Ministerj, ed Offizj, e le Congregazioni s'ajuteranno scambievolmente per l'osservanza, e senza uscir dalla sfera dell'Istituto con facoltà dell'Eminentissimo Protettore, e Monsig. Illustrissimo Primicerio potranno alcuni Sacerdoti portarsi a dargliene l'indirizzo, e regolamento con questo mezzo, e loro esempio promove-

ranno molto il servizio di Dio in molte Confraternite, ed altri pii Istituti, e goveranno ad innumerabili Anime.

CAPITOLO VIII.

Offizj de' Sacerdoti.

1. Superiore.
2. Prefetto delli Pellegrini.
3. Prefetto de' Convalescenti.
4. Prefetto della Sagristia, e della Chiesa.
5. Suo Coadjutore.
6. Prefetto delle Ceremonie.
7. Confessore della Congregazione.
8. Correttore segreto.
9. Infermiere.
10. Suo Coadjutore.
11. Padre Spirituale dell'Oratorio.
12. Correttore della Lezione della Mensa.
13. Ministro.

Primo. Ciascuno delli suddetti Ministri, ed Officiali di Congregazione, e famiglia adempiranno le particolari incombenze spettanteli secondo il regolamento già stampato, e conforme l'Instruzioni, che sopra le medesime Costituzioni, ed Offizj saranno loro prescritte da' Superiori.

2. L'Elezione del Superiore si rinoverà, e confermerà ogni tre anni con la maggior parte de' voti segreti de' suddetti Sacerdoti.

3. Fatta l'Elezione, si parteciperà all'Eminentissimo Protettore per l'approvazione.

4. Ed il Superiore ogni anno eleggerà i sopradetti Officiali, secondo la maggior abilità, e disposizione de' Soggetti, ed averà cura di ben regolare la Congregazione, e di fare osservare le presenti Costituzioni &c., e tutti faranno molto puntuali in osservarle, ed essendo stati fedeli in queste poche cose faranno costituiti dal Signore sopra molti beni.

5. In conformità si dice nel Cap. primo di queste Costituzioni li suddetti Sacerdoti restino tanto più astretti ad aver ogni debita obbedienza, e soggezione all'Emo Protettore, e Monsig. Illustrissimo Primicerio, e rispetto dovuto a gl'Illustrissimi Sig. Guardiani con osservare quanto si prescrive per loro Disciplina nello stato dell'Archiconfraternità, approvato da Monsig. Filippo Archinto già Vicario del Papa in quello, che non sarà contrario alle presenti Costituzioni, che doveranno inviolabilmente osservarsi.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio sub-jungebat, dicti Exponentes Constitutiones hujusmodi, quo firmiter subsistunt, & servantur exactius, Apostolica confirmationis nostrae patrocinio communiri summo opere desiderant, Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine super hoc nobis humiliter porrectis inclinatis, de nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium ad ipsas Constitutiones examinandas a Nobis specialiter deputatorum consilio, omnes, & singu-

Proces rodus
Congregatio-
nis.

Confirmatio
relatarū Con-
stitutionum.

las Constitutiones praefertis auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolica firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus.

§.3. Decernentes easdem praesentes literas ac Constitutiones praefertis semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime satisfragari, & ab illis respective inviolabiliter observari: Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & diffiniri debere; ac irritum, & inane si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, seu quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.6. Volumus autem, ut eorumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud ubique locorum habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majoram sub Annulo Piscis, die III. Junii MDCXCII. Pontificatus nostri Anno Primo.

XXVI.

Conceditur facultas celebrandi tres Missas die Sabbati Sancti in Capella Sanctae Mariae de Athocha Fratrum Praedicatorum Oppidi Matriti.

Inn. XI. Const. ed. 1688, Jun. 26, P. 12. Agitur de Missali. Et hujus Pontificis Const. ed. 1694, Aug. 3, P. 3. permittitur Missa B. Joannae Alphonji.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Pis Orthodoxorum Regum de Ecclesia Dei multis nominibus optime meritum studiis paterna charitate libenter obsecundamus, sicut ad Omnipotentis Dei gloriam, honorum operum incrementum, & Christiani Populi aedificatione salubriter in Domino expedire arbitramur.

§.1. Cum itaque, sicut pro parte charissimi in Christo filii nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici Nobis per dilectum filium nobilissimum virum modernum Ducem de Medinaceli ipsius

Clausula.

Die 8. Junii
1692. An. 1.

Exordium.

Erat immemorabilis co-
suetudo cele-
brandi dictas
Missas, sed ei

adversatur
Decreti Con-
gregationis.

Caroli Regis apud nos, & Sedem Apostolicam Oratorem nuper expositum fuit in Capella Regia sub titulo, seu invocatione Sanctæ Mariæ de Athocha nuncupat. in Ecclesia Fratrum Ordinis Prædicatorum Oppidi Matriti Toletan. Diocesis. sita tres Missæ singulis annis die Sabbati Sancti immemorabili tempore celebrari hæcenus consueverint, nunc vero hac in re obstat Decretum a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum novissime nempe die 11. Februarii 1690. emanatum, ac a fel. record. Alexandro Papa VIII. prædecessore nostro approbatum, per quod celebratio missarum dicta die Sabbati Sancti in quibuscumque Ecclesiis, & Oratoriis, etiam privatis, non obstante quacumque consuetudine in contrarium, prohibetur, & unicam Missam Conventualem una cum officio ejusdem Sabbati Sancti celebrandam esse decernitur: Nobis propterea ejusdem Caroli Regis nomine per præfatum modernum Ducem humiliter supplicatum fuit, ut in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Preces Regis
Catholici.

Concessio
præd.

§. 2. Nos igitur piis ipsius Caroli Regis votis, & supplicationibus hujusmodi quantum cum Domino possumus favorabiliter annuentes, de memoratorum Cardinalium consilio, ut prædicta die Sabbati Sancti in posterum singulis annis post absolutam Missam Solemnem in præfata Ecclesia, seu Capella tres Missæ tantum, juxta assertam antiquam, & immemorabilem consuetudinem, dummodo tamen præsens gratia non transeat in exemplum, celebrari libere, & licite possint, & valeant Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

Clausula.

§. 3. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die VIII. Junii MDCXCII. Pontificatus nostri Anno Primo.

XXVII.

Confirmantur Constitutiones Congregationis Presbyterorum Sæcularium in Collegio Sanctæ Lucie Bononien. Societ. Jesu.

Const. ed. 1692, Jun. 3, P. 1. confirmata sine Constitutiones Presbyterorum S. S. Trinitatis Prægruorum, & Convalescentium de Urbe.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procerum.

IN supremo militantis Ecclesiæ solio, meritis licet imparibus, per ineffabilem Divinæ Clementiæ abundantiam constituti, ea, quæ pro fe-

lici, prosperoque Congregationum Christianissimum in sortem Domini vocatorum, ac propria, alienaque salutis laudabili studio incumbendum ad exercenda Christiane charitatis, atque pietatis opera pie, sancteque institutarum regimine, & progressu provide, prudenterque constituta, atque ordinata esse noscuntur, ut firma semper, atque illibata persistant, Apostolici muniminis patrocinio cum id a nobis petitur libenter roboramus.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Camillus Malvezzi, & Hieronymus Sampieri Bononien., quod cum anno proximo præterito Venerabilis Frater Jacobus Archiepiscopus Bononien., ad Omnipotentis Dei gloriam, & Clericalis Status in Diocesi Bononien. perfectionem, Congregationem Presbyterorum, seu Clericorum Sæcularium in Collegio S. Lucie Bononien. Clericorum Regularium Societatis Jesu crexerit, atque instituerit, eidem Congregationi de mandato ipsius Jacobi Archiepiscopi, præscriptæ fuerunt nonnullæ Constitutiones tenoris, qui sequitur videlicet:

A quo institu-
ta d. Congre-
gatio, & con-
ditæ sequen-
tes Consti-
tiones.

Constitutiones della Congregazione degl' Ecclesiastici Sæculari eretta in Bologna nel Collegio di S. Lucia della Compagnia di Gesù, per ordine di Monsignor Illmo Arcivescovo Giacomo Boncompagni l'anno 1691. à dì 8. Novembre.

1. Il fine di questa Congregazione è attendere mediante la Divina grazia al proprio profitto spirituale, e rendersi abile di attendere con ogni sforzo al profitto degl'altri.

2. Si radunerà la Congregazione il doppo pranzo d'ogni Mercoledì non impedito, quando in progresso di tempo non sembrasse qualch'altro giorno più opportuno: e tutto l'anno, toltone il Settembre, e l'Ottobre, si esercitaranno i Congregati in giorni distinti, prima nella sposizione degl'Evangelj: Secondo in ragionamenti sopra gl'Atti, e Canoni de'Concilj: Terzo in decisioni de'Casì di coscienza: Quarto in osservazioni sopra le Rubriche della Messa.

3. Mentre si radunano all'ora prefissa a'Congregati, si leggerà per un quarto d'ora un libro spirituale. I tre quarti seguenti doppo l'invocazione dello Spirito Santo, s'impiegheranno in uno de' sudetti esercizj, ed in conferenze sopra le materie discusse. Nella mezz'ora ultima recitate le Letanie della Beata Vergine, fare una breve esortazione concernente alle virtù, ed ogni perfezione dello Stato Ecclesiastico.

4. Lo Sponitore degl'Evangelj da' sensi letterale, e mistico, spiegati trarrà uno, o più affunti de più utili, e popolari, accennando, che cosa potrebbe dirsi per istruzione del Popolo, o pure stretto in poche parole un breve discorso, ragionerà a'Congregati, come se fossero l'Uditorio, ch'egli dovess'ammaestrare. Seguirà poscia la conferenza, in cui sarà lecito ad ogn'uno de'Congregati o proporre qualche altro assunto morale, o addurre qualche nuova spiegazione, e riflessione de'Santi Padri sopra i luoghi spiegati, o muovere qualche dubbio, e chiedere lo scioglimento.

5. Se la materia della conferenza sarà assai copiosa, come spesso avviene, si potrà il Mercoledì seguente lasciati il solito esercizio, assegnare tutto il tempo della lezione spirituale, sino all'esor-

Preces que-
runtam No-
bilia.

all'esortazione ad una più esatta, e piena conferenza sopra il medesimo testo, per sentire da varj maggior copia d'osservazioni, e documenti de'Santi Padri, e metterli a memoria maggior varietà di argomenti morali confacevoli alla capacità del Popolo, ed atti a mover gl'animi all'abborrimento del vizio, ed amore d'ogni virtù.

6. Chi ragionerà sopra de'Concilj, data una breve contezza, tempo, luogo, occasione, numero, e qualità de'Padri convocati, spiegherà con speciale accuratezza i Dogmi stabiliti per mantenimento della Fede, e Canoni decretati per la Riforma de'costumi. Le conferenze, si faranno specialmente sopra i due punti accennati, e sopra le autorità, e ragioni espresse negl'Atti Sinodali, che mossero i Padri a dichiarare ciò, che spetta alla sincerità del credere, ed ordinare ciò, che giova alla Santità dell'operare.

7. Il Decisor de' casì, soddisfatto con brevità, e chiarezza ad uno, o più quesiti del caso proposto, risponderà alle difficoltà, che da qualunque de'Congregati gli potranno essere opposte.

8. Le Rubriche della Messa potranno ora semplicemente spiegarsi, ora attualmente esercitarsi, come più caderà in acconcio. Le conferenze di questa materia, si faranno specialmente o sopra i sensi mistici di qualunque minima cerimonia, o Rito Ecclesiastico, o sopra i difetti, che quotidianamente si ammettono circa l'esatta osservanza di dette ceremonie, e Rubriche.

9. Tutti li Congregati si ricordaranno spesso qual forte di vita richiegga da suoi Ministri, il Sommo nostro Sacerdote Cristo Gesù, Sanctus, Innocens, Impollutus, segregatus a peccatoribus, & excellior Cælis factus. E però s'ingegneranno coll'esercizio d'ogni solida virtù, e massime dell'umiltà, mortificazione, carità, e modestia nel parlare, conversare, vestire, nel portamento tutto della persona di giungere a quell'innocenza di vita, che è di tanto splendore allo Stato Ecclesiastico, e cagiona tanto frutto col solo esempio allo stato Laicale.

10. Avranno tutti un Padre spirituale stabile, a cui almeno una volta l'anno renderanno intiero conto di tutta la sua coscienza, nè gli manifesteranno solamente i difetti, ma le divotioni, penitente, limosine, visite de'Spedali, e virtù tutte, per esser da quello indirizzati, ed assicurarsi di non errare.

11. Daranno ogni giorno quel tempo all'esame di coscienza, all'Orazione Mentale, alla lezione spirituale, che gli suggerirà la propria divozione regolata dalla voce, e consiglio del proprio Direttore, in cui si avvezzeranno di riconoscere la voce del Signore.

12. Faranno ogn'anno per otto interi giorni gl'esercizj spirituali di S. Ignazio nel solito Oratorio, e non potendo a suo tempo cogl'altri intervenire al commune ritiro, si soddisfaranno in privato per quanto gli sarà possibile all'obbligo loro, con partecipazione, ed indirizzo del Padre della Congregazione a maggior utilità sua, e de'prossimi, ed a maggior gloria del Signore, e della sua Santissima Madre particolare Protettrice della Congregazione, e Maestra di sì fruttuoso modo di orare, e migliorare se stesso.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio sub-
jungebat, ex tam pio Instituto uberes fructus in
beneficium Animarum hæcenus provenerint,
& majores de cætero proventuros esse speretur,

ac proinde dicti Exponentes, quibus id ex peculiari eorum officio incumbit, Constitutiones hujusmodi, quo firmius subsistant, & serventur exactius Apostolica confirmationis nostre patrocinio communiri summo opere desiderent; nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum ferie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine super hoc Nobis humiliter porrectis inclinatis, de Venerabilium Fratrum Nostrorum, S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum consilio, & attentis relationibus dicti Jacobi Archiepiscopi, necnon dilecti filii nostri Leandri dictæ S. R. E. Cardinalis Coloredi nuncupati, ad quem Congregatio memoratorum, Cardinalium easdem Constitutiones pro revisione remisit, super præmissis eisdem Cardinalibus factis, præsertim Constitutiones auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & Facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, salva tamen semper in præmissis auctoritate supradictæ Congregationis Cardinalium.

Confirmatio
relatarij Con-
stitutionum.

Clausula.

§. 3. Decernentes easdem præsentis Literas, & Constitutiones præsertim semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit dictæ Congregationis Presbyterorum, seu Clericorum, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, seu quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut eorundem præsentium Literarum transcriptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die XXI. Junii MDCXCII. Pontificatus nostri Anno Primo.

K k 2

XXVIII.

XXVIII.

Dat. 22 Junii 1693. An. 1.

Præscribitur moderatio servanda a Pontifice in concedendis bonis Ecclesiasticis suis Consanguineis, & Affinibus, horumque loco adlectis; necnon modus in signandis Gratiis per Concessum ipso ægrotante.

Alex. VIII. Const. ed. 1690, Mar. 15, P. 1. iterum restituantur redditus Vice-Cancellario. Et hujus Pontificis Const. ed. 1693, Octob. 15, P. 2. modus imponitur Card. circa Privilegium testandi.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Romanum decet Pontificem, tanquam fidelem servum, & prudentem, quem constituit Dominus super familiam suam in Ecclesie Catholice conspectu actum suum ita ordinare, ut ipse quidem in diebus suis placeat Domino, & inveniatur justus, fiatque forma gregis ex animo, & bonus sit Christi odor in omni loco; ceteri vero Antifites, & Ecclesiarum Prælati in partem sollicitudinis, cujus ei commissa est plenitudo, vocari, alique Christifideles, quos cura suæ divinitus creditos in visceribus paternæ gerit charitatis, ejus exemplo, atque præceptis caduca mundi hujus despiciere, carnisque, & sanguinis laqueos effugere, ac de bonis, & rebus Ecclesiasticis juxta æquitatis, & justitiæ leges disponere, & spiritualium remigio alarum ad caelestia contendere, atque evolare auxiliante Domino condiscant. Hinc ad ea Sacrorum Canonum instituta, quæ Episcopis, ne bonis, & redditibus Ecclesie Consanguineos suos augere studeant, interdicit, considerationis nostræ aciem convertentes, eam Nobis in supremam Beati Petri Apostolorum Principis, cui caro, & sanguis non revelavit, Sede constitutus ab ipso Pontificatus nostri primordio servandam proposuimus, & hætenus Deo adjuvante servare studuimus disciplinam, ut in honorum, & reddituum ad hanc Sanctam Sedem, & Cameram nostram Apostolicam spectantium distributione justitiæ, atque prudentiæ leges, & regulas accurate custodientes, summam meritorum, nullam autem carnis, & sanguinis, aut cujuscumque humani affectus rationem haberemus, & licet in Dei misericordia speremus, tales nobis successuros Romanos Pontifices, qui non minus hac in parte, quam in reliquis munus suum impleant, & Ecclesiam universam spiritualium aromatum odore perfundant: nihilominus ea, quæ Nobis licere non patimur, aliis indicare, salubremque in Sancta Romana Ecclesia omnium Ecclesiarum Matre, & Magistra circa præmissa normam, & legem constituere, atque stabilire decrevimus.

Causa Con- sitionis.

Non nisi ten- lo justitiæ li- ceat, dare ad- personis præ- fatis bonis.

§. 1. Habita igitur super his cum Venerabilibus Fratribus nostris ejusdem S.R.E. Cardinalibus deliberatione matura, ac de illorum consilio pariter, & assensu ad Omnipotentis Dei gloriam, Apostolicæ Sedis honorem, ac Antifitium, Prælatorum, aliorumque Ecclesiasticorum edificationem, & bonum exemplum, hac nostra perpetuo valitura Constitutione statuimus, atque decernimus, salutarem hanc de-

cætero in dicta S.R.E. servari rationem, atque disciplinam, ut nec a Nobis, nec ab ullo Romanorum Pontificum successorum nostrorum ad favorem nostrorum, sive suorum respectivè Fratrum, Nepotum, aliorumque quorumcumque Consanguineorum, seu Affiniorum, sive illorum, quos in locum Nepotum, aliorumque Consanguineorum, per cooptationem in familiam, aut aliter adlegi, seu adfiscari contigerit, de bonis, pecuniis, locis Montium vacabilium, & non vacabilium, officiis venalibus, illorumque pretio, creditis, redditibus, rebus, & juribus quibuscumque ad Sedem, & Cameram præfatas quovis modo spectantibus, vel quandocumque spectantibus, etiam ex emolumentis Datarie, Cancellariæ Apostolicæ, Secretariæ Brevium, spoliiorum Ecclesiasticorum, & quarumcumque Palatii Apostolici portionum, seu distributionum provenientibus, liberalitatis, & donationis, aliove quovis gratuito, seu lucrativo titulo directe, vel indirecte, etiam servitorum, & meritorum, quæ tamen talia non sint, ut ex lege justitiæ eam exigant remunerationem, aliove quolibet colore, seu pretextu, sive etiam supra veram ipsorum servitorum, & meritorum rationem ullo modo in posterum disponatur.

§. 2. Quod si Fratres, Nepotes, Consanguinei, vel Affines, seu illorum loco adlecti, sive adfiscati præfati inopia laboraverint, poterit Romanus Pontifex pro tempore existens pro timorata sua conscientia illorum paupertatem eodem omnino modo sublevare, quo Pauperum extraneorum inopia subvenire fas est.

§. 3. Ne autem, quod directe prohibetur, indirecte permittatur magnorum stipendiorum, seu honorariorum nonnullis sedis prædictæ officiis, seu muneribus, quæ Consanguineis, vel Affinibus, seu adlectis, vel adfiscatis præfatis concedi ut plurimum consueverunt, assignatarum ratione, stipendia, provisiones, sive salaria, & honoraria, & alias quomodolibet nuncupari solita emolumenta quacumque, quæ ante hac per Cameram prædictam in Civitate Avenionensi, & Comitatu Venaylino nostris in spiritualibus, & temporalibus Vicario Generali, ac in illis, & vicinis quinque Provinciis ejusdem Sedis de Latere Legato præfati, & solvi plerumque solita, & consueverunt: superintendentis vero Generalis negotiorum Sedis Apostolicæ, necnon totius militiæ, tam equestris, quam pedestris status nostri Ecclesiastici Gubernatoris, & Capitanei Generalis, itidemque Classis, & Triremium Pontificiarum Præfecti, illiusque, & illarum, Commissarii, & Locumtenentis Generalis, Arciumque, & Turrium ad littora maris tam Adriatici, quam Thyrræni existentium superintendentis Generalis, Præfecti quoque Generalis utriusque custodiæ Corporis Romani Pontificis, ejusque Locumtenentis Generalis, item Castellani Arcis S. Angeli de Urbe, Gubernatoris, ut alias deputabatur, Civitatis Beneventanæ, cujus tamen gubernium ad instar aliorum prædicti nostri status, prout in præfatarum servatur, remaneat, & Arcis Beneventanæ Præfecti; item Gubernatoris Oppidi nostri Civitatis Vetulæ, ac demum Perusina, Anconitanæ, & novæ Asulanæ respectivè Arcium Præfecti, seu Castellani, Officia, & munera ipsa cum omnibus, & singulis illorum, & cujuslibet eorum juribus, prærogativis, stipendiis, salariis, & emolumentis quib-

Quid fas sit in casu inopie eorum.

Ut tollatur prætextus stipendiorum, hæc abolentur cum pluribus officiis, & muneribus secularium.

Urgente necessitate eas renovari possunt, sed cetera scientia.

In Ecclesiasticis personis attendatur dignitas, sed cetera gradus.

Cardinalibus assignari nequeant ad vitam plura scuta.

buscumque perpetuo supprimimus, & abolimus, illaque deinceps, quomodocumque, & quandocumque renovari prohibemus, nec cuiquam de cætero assignari, & præfari, seu concedi, & conferri respectivè volumus, atque decernimus. Quod si pro rerum qualitate, temporumque contingentia, manifesta, urgentisque necessitas munera, seu officia militaria hujusmodi, vel aliqua ex eis de novo institui exegerit, viros ad illa assumi volumus, & mandamus, strenuos, & fideles, eximia virtute præstantes, rei que militaris apprimè peritos, & in illa diuturno, ac probato usu exercitatos, quibus Romanus Pontifex pro tempore existens secundum datam sibi a Domino sapientiam pro ratione laboris, industria, atque periculi competentia, & congruentia stipendia assignabit. Porro si nostri, successorumque nostrorum Romanorum Pontificum pro tempore existentium Fratres, Nepotes, & alii quicumque Consanguinei, seu Affines, sive veri, sive, ut præfertur adlecti, & adfiscati vitam Ecclesiasticam elegerint, ac Ecclesiarum, & Monasteriorum, aliorumque Beneficiorum, & Officiorum Ecclesiasticorum, ac annuarum Pensionum super eorum fructibus consecutionis capaces fuerint, eam in reddituum, & proventuum Ecclesiasticorum distributione eis faciendâ servari volumus moderationem, ut non nisi juxta eorum merita, & non ultra congruum pro gradus, vel dignitatis, quem, vel quam in Ecclesia obtinuerint, nullo ad consanguinitatem, affinitatem, seu adlectionem erga Romanum Pontificem habito respectu sustentationem, ejusmodi redditus, & proventus Ecclesiastici eis distribuatur, quo custodia in omnibus Ecclesiasticæ disciplina, atque justitiæ distributivæ regula, nemini relinquatur conquerendi, vel obloquendi occasio: sed Ecclesiastica stipendia ministrantibus in Ecclesia Dei, æqua lance pro uniuscujusque merito assignentur.

§. 4. Quoad illos autem ex Fratribus, Nepotibus, aliisque Consanguineis, seu Affinibus Romanorum Pontificum pro tempore existentium præfatorum; sive veri, sive, ut præfertur adlecti, & adfiscati, quos eximia eorum ita exigentibus meritis ad sublimem Cardinalatus dignitatem assumi contigerit, eam quoque de cætero servari volumus moderationem, ut Ecclesiæ, Monasteria, commenda, aliæ cujusvis generis Beneficia, & officia Ecclesiastica, ac pensiones annuæ super illorum fructibus unicuique eorumdem respectivè conferenda, commendanda, & concedenda, ac reservanda, & assignanda, verum valorem annuum duodecim millium scutorum monete Romanæ computatis insimul Beneficiorum, & officiorum quibuscumque fructibus, & pensionum quantitibus, in totum, non excedant: in ea tamen taxatione non comprehendantur emolumenta officiorum ejusdem Apostolicæ Sedis, & Romanæ Curie S.R.E. Cardinalibus demandari, seu concedi solitorum, aliorumque munerum, quæ ipsis non ad vitam, vel in perpetuum, sed ad tempus seu beneficii Romani Pontificis pro tempore existentis demandata, seu concessa fuerint. Declarantes, quod deinceps præfati, qui vitam Ecclesiasticam elegerint, seu ad sublimem Cardinalatus dignitatem fuerint assumpti, quoscumque Titulos fructuum reservationibus gravatos, sive præventivas, vel eventivas pensiones ultra mode-

rationem, ut supra respectivè præscriptam nullatenus assequi valeant.

§. 5. Quod si forsân (quod absit) modus circa præmissa sic congruenter, salubriterque præscriptus in posterum excedatur, curæ erit Romanis Pontificibus successoribus, donationes gratuita, seu lucrativas dispositiones, excellentias subventiones, munerum, & officiorum, seu illorum stipendiorum, & emolumentorum concessiones, ac reddituum, & proventuum Ecclesiasticorum distributiones, necnon collationes, commendas, concessiones, reservationes, & assignationes, aliæque præmissa contra, vel ultra modum, ut præfertur, præscriptum factas, seu facta, rescindere, revocare, & in nihilum redigere, ac ut præfertur, donata, elargita, concessa, collata, commendata, reservata, & assignata a Consanguineis, & Affinibus, sive veris, sive adlectis, & adfiscatis præfatis, eorumque Heredibus, & successoribus respectivè, etiam manu regia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine vindicare, & auferre, ac Cameræ Apostolicæ applicare, & incorporare, aliisque respectivè conferre, commendare, concedere, & assignare, ac alias desuper opportune providere, seu disponere.

§. 6. Quia vero ægrotante Romano Pontifice nonnunquam contingit, ut Signaturæ gratiarum, quæ per Concessum fieri dicuntur, modum illum excederent, quem ipse Romanus Pontifex dum bene valebat, servare consueverat; statuiamus, atque decernimus, ut ii, quibus ejusmodi Signaturas per concessum a Romano Pontifice, ægrotante, etiam per Chirographum speciale manu ipsius Romani Pontificis subscriptum, vel alias quomodocumque committi contigerit, cuiuscumque status, gradus, Ordinis, & Dignitatis fuerint, etiam si Cardinalatus honore præfulgeant, nullas hujusmodi gratias signare, vel expeditæ valeant, nisi fuerint ad illas adhibiti duo ejusdem S.R.E. Cardinales, qui una cum signatore præfato coram ipso Romano Pontifice eas concedente, ac expeditæ mandante, earumdem gratiarum supplicationibus, sive minutis, aut Chirographis, aliisque concessionum Scripturis subscribant, alioquin quidquid secus actum, gestumve fuerit, nullum, irritum, & invalidum, nulliusque sit roboris, vel momenti, & qui huic saluberrimæ sanctioni contraverint ab ipso Romano Pontifice sanitati restituto, vel ejus successoribus condignis poenis puniantur.

§. 7. Ut autem præmissa omnia, & singula perpetuo, & inviolabiliter observentur: volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, ut sicut ejusdem S.R.E. Cardinales in Romana Curia præfatis hanc Constitutionem quantum in eis erit, observare, illique non contravenire, nec ullis contrafacientibus, etiam Romanis Pontificibus consentire, nec absolutionem a juramento præfatis petere, nec oblatam, aut concessam acceptare promiserunt, & jurarunt, item quoque per absentes ab eadem curia dicta Sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinales, quandocumque ad eam advenierint, ac per futuros Cardinales in assumptione Pilei promitti, & jurari debeat, promissioque, & juramentum hujusmodi in formula juramenti per eosdem Cardinales præfati soliti adjungantur, & adscribantur. Occurrente autem quandocumque ejusdem Apostolicæ Sedis vacatione iidem Cardinales in Conclavi quando de observandis fel. rec. prædecesso-

Si secus quid fiat, id successores Pontificis rescindat.

Modus servandus in signandis gratis per concessum ægrotante Pontifice.

Hæc Constitutio confirmanda est juramento ab omnibus Cardinalibus, & Pontificibus.